



DE  
CVN

Q.V.E.  
Pondit

AVG

JOHAN

II

ITEM

transf

Contra

COLUSTAE

in

# DEREPE CVNIARIA ANTI-

QVA: SESTERTIO, TALENTIS,  
Ponderib. Mensuris, Stipendijs militarib.

antig. Prouinciarum: Regumq; po-  
puli Ro: ac Cæsarum redi-  
tib. libri duo utilissimi.

AVCTORE LEONHARDO POR-  
cio Vicentino.

ITEM

IOHANNIS A Q VILAE DE POTESTA  
te atq; Utilitate monetarum opusculum  
his additum.

ITEM PRISCAE MONETAE AD NO-  
stram supputatio per Mameranum collecta.



Cum Priuilegio Cæs. ad decennium.

COLONIAE Henricus Mameranus excudebat  
in platea Iudaica Anno, M. D. L. I.

20 H. H. W. 87

2 We

VD 16

DE PRIVILEGIO  
GENER ALI HENRICO  
Mamerano per Cas. Maest. concess.



Autum generali Priuilegio Cæsareo est, ne quis quo scunque libros, siue ante impressos, siue non impressos, Henricus Mameranus Typographus Coloniensis per se impresserit, uel per alios imprimi curauerit, intra decen-  
sium ab eorum singulorum prima editione, imitari & im-  
primere per se, uel alios audeat, sub pena suspensionis ab  
officio, & confiscaione omnium eorum librorum, insuper &  
6. Marcharum auri puri: partim arario imperiali, par-  
tim dicto Mamerano, eiusue fratribus aut heredibus irre-  
missibiliter exoluendarum. Bruxellæ, 17. Maij.

Anno. 1550.

CAROLVS

Vidit Antonius  
Perrenotus

Ad mandatum  
& Cath. Maest.

Ioannes Obernburger,

Ac ergo

R. Paulus Pfinzing.



1498 397 01

# SERENISS. ATO, POTENTISSL.

PRINCIPI A C DN. DOMINO

Philippo, Hispaniarum Principi. Archiduci  
Austriæ, Duci Burgundie &c. Comiti  
Habsburgi, Flandriæ &c. Dño suo  
clementiss. Nicolaus Mameran  
nus Lucenbergen.



Vper inuidiis. Parentis tui,  
Philippe, magnanime Prin-  
ceps, ampliis. qz, ad Imperij fa-  
stigium, per Sabinum con-  
scriptam Electionem: eiusqz  
ab initio Imperij rerum cla-  
rè gestarum Epitomen com-  
pendiosa relatione nostra:  
ucraq; advenit tibi & diligenter, propter amplitudi-  
nem & rerum pondera, perlegendam & cognoscendā  
præstilimus: Nunc rem pecuniariam Leonhardi Portij  
& Iohannis Aquile, Imperiorum & regnorum admī-  
ministrationib. tanquā affinitate quadam, ac necessitu-  
dine proximam: mihi semper quidem pessimē, etiam in  
magnis meis laborib. propitiā, uel infestam quoq; &  
nihil minus quam familiarem ac domesticam: tibi uero  
ad maximarum, ampliis. qz, rerum, humeris tuis incum-  
bentiū, rectam & salutarem gubernationem: ad expe-  
ditionum in hostem sustinenda onera, apparatusq; belli  
cos, opportune conducibilem & in primis necessariā,

A ij non

## EPISTOLA

non leui, neq; minima de causa ad tuam Serenitatem  
mittimus: utpote quæ maximis Principib. clariss. q; &  
cognitu per necessaria sit, & usum ita utilem præstet ac  
salutarem, ut sine ea penè inutile magni Principis am-  
plijs. q; nomē ac maiestas habeatur. Non enim sine hac  
Regina, & adscititia rerum humanarum Dña, uel flo-  
rere luculenter Republicæ, uel conseruari salua com-  
mode & integra Regna possunt: nec subditorum indi-  
stracta & in disurbata retineri salus atq; incolumentas.  
Etenim dici non facile potest, quantum in Imperijs &  
Regnorum, ditioniq; gubernationib. semper ualue-  
Pecunia, rit ab initio usq; hec pecuniaria ratio, ut nō immerito  
bellorum bellorum nerui dictæ sint pecuniae, Regnorūq; thesa-  
neruus. rus.

Huius autē ratio antiqua, primusq; eius usus quis fu-  
erit: quem admodum humanæ res per hanc & decorum  
atq; incrementa sumpserint, & in fastigia ac sublimita-  
tem surrexerinet: & excise quoq; l eßum ierint ac cor-  
ruerint: hic per Portium acerr. inueſigatorem, diligen-  
tiss. q; uetus statis perrimatorem & excusorem, magno  
ingenio & incredibili industria, clara & evidenti posi-  
ta explicatione panditur. Et quomodo apud ueteres  
Principes Rerumq; pub. ac Nationum & populorum  
moderatores & Gubernatores tractata sit & habita-  
Pecunia, Quis modus tunc eius in militia, ususq; extiterit: quam  
bonis Prin commoditatem per bonos Principes adulterit: quid fe-  
cipib. com licitatis & salutis: Quantum contrà turbaram etiā &  
moda: im= excidij per improbos inuexerit, et ob id eius hic lectio  
probis pni plurimum iucunditatis cum maxima utilitate coniun-  
tiosa. Etiam, lectitanti tibi est allatura.

Hactenus enim si uera ueteris militie imaginē, quo-  
modo

## VNVCUPATORIA.

5

modo conseruaretur: si usum, disciplinam, modū, eiusq;  
alendæ rationem: item quis fuerit ordinarius illius cla-  
ris. & uictoriosiss. totius mundi bellatoris Ro. populi  
exercitus: quomodo & quanto stipendio: quibus præte  
rea rebus alijs in singulos menses intenteri consue-  
rit, parum tua Serenitas compertum habuit & explo-  
ratum, hinc iucunda pariter & eleganti relatione  
cognoscet.

An enim scitu iucundum magnanimo Principi & re-  
rum pulcherr. studio, non sit, hinc tanquā in clariss.  
speculo prospectare, in quo nostra horum temporū mi-  
litia, ab illa antiqua differat: quomodo tunc miles al-  
tus sit: quantis intertentus impensis: quomodo & quan-  
tis nūc Nimirū cīm antiquis, uictus, uestes, arma, equi,  
cateraq; res utensiles & necessariæ, stipendio, leuiore  
censione imputatæ exhiberentur: reliquumq; ex ordi-  
nario stipendio (quod idem fere cum nostri temporis sa Stipendiū  
lario fuisse colligitur, idest, trium circiter aurorum co antiquæ  
ronatorū) in pecunia exoluebatur: nostris uniuersum militiæ cū  
salarium in mera & sola pecunia exoluitur. Alioqui nostri tem-  
supputato annuo stipendio ordinarij Ro. Exercitus, poris con-  
ferme eadem inuenietur ratio ac summa pecuniaria, uenire.  
cum huius nostri temporis alendi exercitus & interte-  
nendi modo.

Nam ordinarius & perpetuus Romanorum Exercit-  
us Ro.Ex-  
tus duarum semper Legionū erat, quæ constabant plus  
minus duodecim millib. peditum & mille equitib. Ad  
quas copias annuo stipe ndiò intertenendas, mille erat  
deputata ab Senatu talenta: quæ constituunt nostri  
æris, sexcenta millia aurorum coronatorum. Quæ si  
resoluta in singulos milites per 12. menses distribuan-  
tur,

A 3 tur.

## EPISTOLA

Salariū pē tur, inuenietur non multō minus, quam tres coronatos  
ditum prīsper mensē ad singulos redisse. Quantum & hodie sīn-  
ci tēporis, gulis stipendiarijs peditib. communiter & ordinariē  
Salarium soluitur. Equitib. autem singulis uel octoni, uel deni,  
equitum. uel duodenī, secundum dignitatē & meritū, aurei,  
coronati ( supputatione ad nostrā monetā facta )  
numerabantur : sicuti nec hodie multō plus singuli  
capiunt.

**Quanti** Item quanti tunc temporis equus communiter emptus  
equus prīssit: Nimirū tempore Salomonis in Aegipto emptos esse  
eo tēpore singulos equos sexagenis coronatis constat: & in Italia  
emptus & apud Romanos codicē fermē tempore, quinquagenis.  
nutritus. Et sumptum annum in singulos equos, decem corona-  
torum fuisse, ex huiusmodi monetarum ratione colligis-  
tur: quod & ipsum non iniucundum est cognoscere, ut  
quanti tunc res ualuerint, & quanti ad intertenendum  
ac alendum confiterint, intelligamus.

Prætera cognoscet ex hoc tua Cels. libello, quantum  
in nauali militia prima & secunda classis in stipendio  
& milite habuerit: quanti annua sustentatione co-  
stiterit. Item quis census Equestris: quis Senatorius.  
Nam Equestris census, summa pecuniaria quadringen-  
torum sc̄tiorum erat, hoc est, æris nostri, decem mil-  
lium coronatorum, à Senatu singulis equitib quos ad  
hunc ordinem adsumpsisset & declarasset, ex æario  
designata: non quod nemini licet essē nobili aut  
equestris ordinis, nisi qui tantum in bonis & redditib.  
annuis haberet, cum legamus complures fortune ad  
modum tenuis, uirtute bellica, & nobilitatis decus  
& equestris ordinis meruisse insignia: sicuti & quen-  
dam Poëtam donatum hoc ab Augusto censū legitimus.

Et

**Census**  
**equestris.**

## NVNCUPATORIA.

7

Et fortassis etiam ad intertenendos equites emissarios ad necessitatem in negotijs urbis talis aliqua summa designata erat.

Senatorius autem census primum octingentorum Census Sex  
sestertium erat, quod est viginti millium coronatorum: torius.  
deinde audiens est per Augustum Cæs. ad mille ducenta  
sestertia, id est, in triginta millia coronatorum. Huius  
census uidetur Plinius, luxuriam Ro. & diuitiarum  
exsumptionem, honestarumq; rerum negligentiam ta-  
reans sic meminisse: Posterior laxitas mundi & rerum  
amplitudo damno fuit: postquam Senator censu legi Plinius  
coepit: Iudex fieri censu: Magistratum, ducemq; n*il* lib. 15.  
magis ex ornare, quam censu: postquam coepere orbi-  
tas in auctoritate summa & potentiae esse, pessum iere  
uita precia, omnesq; liberales artes in contrarium  
concidere, ac seruitute sola profici coeptum.

Quanquam autem non solum Plinius, sed omnes alij,  
qui de politia Ro. meminerunt, sic habeant, ut ex cen-  
su Senatum lectum esse dicant: tamen non parum mi-  
rum uideri alicui posset, eius populi Magistratum, tam  
insignem & prudentem, qui totius penè orbis Dominat-  
or esset, huc stuporis ac dementiae deuenisse, ut uirtutē  
& animi, ingenijq; dotes, ipsis fortunae bonis post po-  
nere uoluerit, plurisq; haec, quam istas estimare, ut ne-  
minem in ordinem Senatorium recuperet, n*isi* tantum in  
annuo censu haberet quam ne qdem uirū prudēt. si in-  
fra hunc esset censuum. Hoc enim quid aliud esset, pecu-  
nia & bonis fortuitis, uirtutem & prudentiam metiri?  
quo quid esse posset turpius & iniquius? Et tamen fal-  
lit hoc primum in ipso Cicerone, cuius fortuna cum lon-  
ge infra hunc censum esset, nec ex parte uigesima par,

## EPISTOLA

ut quæ in infimo fermè loco confisteret, nec ullis imaginib. maiorum ipse clarus esset, sed homo obscurus & externus solum tamen ingenij dotib. huc profecit, ut non tantum Senator, sed primas urbis factus florentissimæ totius orbis Reipub. gubernacula teneret. Nō enim censu, sed ingenio hic lectus est. Quare non absurdum Vera de cē forsitan uideri possit, si credatur hæc summa pecuniaria su Senato= ad ipsum intertenendum ex honestate totum Senatum, rior op= fuisse à prudentijs. Magistratu ex ærario designata. Nemo enim ex ullis historijs adducet, nullum fuisse in hoc ordine Senatorem infra huius census summam, imò paucis. inueniet ex omnib. Senatorib. qui tantum in annuo cēsu habuerint. Nec Augustum prudentijs. optimūq; Principem, huc respixisse opinor, cum hunc censem ex deceni millib augeret, ut hac tanta sua largitione, hoc impensis uirtutem, quæ in fortuna non constat, supprimeret: stultitiam ac temeritatem, quæ fortunæ splendorem comitantur, ad tolleret ac promoueret. Atq; sic prudentijs. Magistratus, turpijs. ac stupidis. ignorantie suspitione liberabitur.

Item quis redditus priscorum quondam Regum, Prouinciarum, Imperijq; populi Ro. quæ opes & quantæ prisci temporis: quanti exercitus tunc alitus sit, & qua ratione sustentatus: stupenda illorum temporum diuiniarum miracula, fidem & rationem superantia, in hoc libello memorantur: ut quod de Alexandro Magno Macedonum Rege scribuitur, in cuius nuptias ab Asie gentibus deuictis impensis esse scribunt coronas aureas ualoris quindecim talentorum, id est, nonages cœties milium coronatorum hoc est nouem millionum. Non enim illis erat leges sumptuariæ Sillana & Iuliana positiæ.

Alexandri Magni stu pendæ di uitiae.

positæ, quæ uctuerunt in nuptijs supra mille seftertios fieri sumptum, id est, uicenos qui nos coronatos aureos. Et in cuius thesauro, cum uita deceſſet, reperta fuiffe tradunt cētum millia talentorum auri, id est, sexages decies centena millia iuxta nostræ pecuniae supputationem, aurorum coronatorum id est sexaginta millions. Nam millio continet decies centena millia. Et tamen paulo antè ex eo exhaufserat in funerationem Ephestionis decem millia talentū, hoc est, sexages centena millia coro. id est, sex millions. Et in anno reditu eidem fuiffe tercentena mill. talentū, id est, centies octies decies centena millia coron. hoc est centum & octoginta millions: quantum fortasse hodie nullus in uniuerso orbe Princeps ex annuis redditibus habet: quam uim auri uix tota hodie Europa conferre in unum suffecerit. Et tamen bonæ fidei scriptores hæc memoriabant. Item Susis in ærario Darij Regis reperta fuiffe Darij æra tradunt quadraginta talentorum millia, quæ faciunt rium. ducenties quadragies centena millia coron. id est, uigin ti quatuor millions.

Item Sardanapalum Aſyriorum Regem, qui ducentis Sardana= circiter annis post Salomonem uixit, memorant in ſtru= pali incre=eturam pyræ, & eius ornatum impendiffe octies cente= dibilis & na millia coron. Supputatione ad nostram monetam fa= infinitus et. Ac tum ſecum in eandē una cum uxore & pellicib. penè au= ſimul cremāda congeſſe auri talents centena rij argen= millia id est sexies millies Millena millia coron. id est, sex tiq; nume= millia millionum: Argenti uero millies centena millia, rus. id est, sexaginta millia millionum. Summa eſt, quæ om̄ nem uincit fidem, & quam uniuersa Europa hodie ſi= Persarum mul conferre in unum non posſet. Item in Persarum theſauri.

thesauris Strabo refert reperta esse centies & octies  
millies millia coron. nostri numismatis, id est, decem  
milliones, & octies centena millia.

**David rex** Sic Davidem Regem, qui centum annis post captam  
Troiam in Iudea, sicut Saturnus centum annis ante in  
Italia regnauit, historia Regum tradit, habuisse auri  
centū millia talentum, id est, decies sexages centena mil-  
lia coronatorum, hoc est, sexaginta milliones. Argenti  
uerò mille millia talentorum, hoc est, millies mille centena  
millia, id est, sexagies decies milliones. Cui rei testimonii  
perhibere uidetur Iosephus lib. 7. antiqu. Reliquit au-  
tem, inquit, David diuitias tatas, quantas nemo aliis  
Regum nec Hebreorum, nec aliarum gentium.

**Salomon.** Atq; Salomon eius filius, qui gloria sapientia, & diui-  
tijis omnes totius mundi cuiuscunq; etatis superauit Re-  
ges: cui à finitimis Prouincijs quotannis dono offerebā-  
tur talenta auri sexenta sexaginta sex, id est, trecenta  
triginta nouem millia coron. & sex centi coronati: in  
solam mercedem operariorum & opificum templi, qui  
fuere centum & sexaginta millia, impendit septuagies  
bis centena millia coronatorum, id est, septem milliones  
& ducenta millia. In ornamenta uero templi ac uasa  
aurea contulisse eum memorant ducenties quadragies  
octies centena millia coronatorum, hoc est, Viginti qua-

**Templum Salomonis** tuor milliones & octo centena millia: ut in summa con-  
siderit hoc Salomonis templum triginta duo milliones  
coronatorum. Et Eupolemus Græcus historicus addit,  
mille scuta aurea à Salomone fuisse facta. Sed in tertio  
Regum legitur tantum de ducentis, quae sint ex auro  
puri. facta, nec in templi, sed domus ipsius in monte Li-  
bani ornamentum ceßisse. Verum hæc omnia tantarum  
imperiis

## VNVCUPATORIA.

ii

impensarum huius templi ornamenta, exceptis arca & Nabocho-  
tabulis, postea Nabochodonosarem Babyloniorū Re-  
gem (quē Hercule robustorem fuisse scribunt: & quē  
sic Deus obbrutescere fecit, ut cum iumentis stabulare-  
tur & ad præsepe foenum comederet, sed precib. Danie-  
lis rursum restituit, factusq; est domino fidelis) ductis  
in Iudeam unā cum Stibaris Medorum Regis Copijs au-  
xiliarib; centum & octoginta peditum nullib;. Equitū Rex.  
uero centū millib. curruū decē millib. direpta & spolia-  
ta, simul cum totius Iudeæ oppidis, ipsa Hierosolymorū  
urbe, captoq; loachimo Iudeorum Rege cum omni  
familia & thesauro, secum Babylonem deportasse.

Iam uero annuus census populi Ro. quātus & quam  
incredibilis erat! Scribunt enim ante Pompeium, popu-  
lum Ro, in annuo reditu quinquagies decies cētēna mil- Reditus  
lia coronatorum, nostri xris, hoc est, quinquaginta mil- annui po-  
liones. Quos annuos reditus, post deuictam & subactam puli Ro.  
per Lucullum quidem Aslam, per Pompeium autem for= 50. millio-  
tuna fauore triumphatam, cum & mare Pyratis tran-  
nes. quillasset, & Imperio populi Ro. adieciisset, Pontum, Pōpeius.  
Armeniam, Cappadociam, Paphlagoniam, Mediā, Cili-  
ciam, Syriam, Mesopotamiam, Iudeam, Phoeniciam, Pa-  
lestīnā, Aegyptū, Colchidem, Iberiam, Albaniā, Scythiā,  
& Arabie partē: & castella mille capita: ciuitates no-  
ningentas fermē: naues Pyraticas octingentas: urbes  
Colonias Ro. triginta nouē: ad octuagies quinges deci  
es centena millia coronatorū auctos esse memorant, hoc  
est, septuaginta quinq; millions. Ac tunc ex solis tribu  
tis & uectigalibus redisse quotannis in ærariū populi Aucti ad  
Ro. uicies centena & uiginti quinque millia corona  
torum. Que unquam in orbe ciuitas, quis tam potens  
unqua

75. mill.

## EPISTOLA

unquam & opulentus Princeps extitit, qui tantam au-  
 ri uim ex annuis redditibus habuerit? Hodie siquidē uix  
 omnes Europæ ciuitates simul, tantum ex anno reditu  
 capere crediderim. Ad quas populi Ro. priscorumq;  
 Regum diuitias, nostrorum huus nostra tempesfatis &  
 ante mille ab hinc annos, Principum uel maximorum,  
 uniuersæ collataæ opes, quid habebant similitudinis &  
 stri tempo conuenietia? certe hoc, ut magis inopie & quædā men-  
 ris cū pris dicitas, quam opes & mundana felicitas appareant.  
 corū colla Vix enim multi simul opulentiss. hanc summam constitu-  
 tæ, inopiae ent. Sed uergit occulto quodā Dei iudicio indies magis  
 & mendicantes. & magis in pauperiæ mīdus eo gradu, quo à Deo & in  
 citas sunt, nocentia atq; rectitudine uite in prauitatem & ferociam  
 & omne dedecus recedit. Quantoq; plus auri & argen-  
 ti effoditur & cuditur, tanto rarescit magis, minusq; ha-  
 beatur. Quod & ipsum non parum mirum uideri potest  
 quò stupenda illa & infinita uis auri prisci illius tempo  
 ris omnis peruenierit, & quò indies labatur ac uanes-  
 eat, cùm tamen quotidie per omnia secula & effossum  
 sit & effodiatur ac cuditur, cum ærugine & siu non  
 corrumpatur, neq; etiam usu usq; adeo adteratur. Pos-  
 sent siquidem iam omnia ubiq; auri esse plena, nisi Deus  
 occulta quadam ratione euanscere faceret, & ueluti  
 inter manus disperire. Sic & in maximo frumenti ac ui-  
 ni, rerumq; aliarum terra nascentium prouentu ege-  
 mus, & deſtituimur. Nam rerum omnium pretia in singu-  
 los dies in caritatem magis, magisq; uidenter surgunt &  
 augentur, fiuntq; cōparatu difficultima. Quantoq; plus  
 laboramus, minusq; ocij admittimus, etiam dieb. sc̄is,  
 hoc minus habemus, hoc minus ocij reliquitur: hoc plus  
 laboris reſtat. Que causa? certe hac unica, de Deo diffi-  
 denia

dentia : de nostris laborib. & industria confidentia : de Deo diffugium, & ad hæc externa confugium, ad hæc studia conuersio & applicatio.

Nec tamen (ut ad institutum reuer tamur) absurdum  
hæc de populo Ro. atq; incredibilia uideri debent. Si  
enim omnium Prouinciarum, nationum, dominorum,  
insularumq; totius fermè orbis imperio Romanos subie= =  
ctarum, uectigalia, tributa, census, prouentus, metalla,  
exactiones, multæ, spolia, rapine ad calculum reuocè  
tur, longè fortasse summa educi aprior æris, redituūq;  
poterit. Et Strabo in descriptione Hispan. refert apud  
nouam Carthaginem, quam hodie Carthagena vocat,  
ex breuis. terræ spacio, quinquaginta uidelicet milliū  
passuum, ipsum populum Ro. in singulos dies duorum Res mira  
millium & quingentorum coronatorum, ad nostri æris de paruo  
computationem, redditum habuisse. Qui efficiunt in fin= terræ spaa  
gulos menses septuaginta quinq; millia coronatorum: cito.  
in annum uero spaciū, noningenta cētēna millia. Vix  
enim credibile est tam paruum terræ spaciū, id est, iter  
pedestre nouem aut de cœm horarum tantam pecuniarū  
summam in annum redditum pendere potuisse cum uix  
magna aliqua & ampla prouincia tantum hodie alicui  
Principi annuē pendat. Quantum igitur censendum est  
totam ipsam Romanis pendisse quotannis Hispaniam, si  
tam parvus terræ tractus, hanc tam amplam summam  
tribuit? Quantum autem diuersas & opulentas totius  
fermè orbis ditiones ipsorum Imperio subiectas?

Liuius de pace Antiochi Regis cum Romanis facta, Antiochus  
memorat Antiochum soluisse quindecim milia talentū Rex.  
id est nonages centena milia coronatorum nostri æris Liuius lib  
hoc est, nouem millions. Verba Liuij libr. 4. de bello 4. de bell

Macedo-

Maced.

Macedonico sicut habent. Europa abstinet: Asiaq; omni,  
 quæ cis Taurum montem est, decedite: pro impensis de-  
 inde in bellum factis. 15. millia talentum Euboicūm dabi-  
 tis: quingēta præsentia: duo mill. & quingenta cum Se-  
 natus, populusq; Ro. pacem comprobauerint: mille de-  
 inde talenta, per. 12. annos. Vbi fortasse reclus legi pote-  
 rit, millena deinde talenta, distributuē in singulos an-  
 nos: Ut mirum censeri minime debeat tam fuisse popu-  
 li Ro. ararium ex annuis reditib. opulentum. In quo  
 Plinius refert fuisse sub Sexto Iulio & L. Aurelio Cos.  
 septem annis ante tertium bellum Punicū, computatio-  
 ne nostri æris, quadragies sexties centena, & quinqua-  
 ginta quinq; coronatorum millia, hoc est, quatuor mil-  
 lions, sexcenta & quinquaginta quinq; mill. quod  
 Plutarchus scribit postea per Pompeiū ex deuicta Asia  
 aucta esse ad octuagies decies centena millia, hoc est,  
 octuaginta milliones. Budæus autē in Asse supputat fu-  
 isse sedecies centena millia & septingenta auri podo,  
 In credibili id est, estimatione æris nostri, millies & sexcenties cen-  
 lis summa tena millia coronatorum, id est, centum & sexaginta  
 auri & ar milliones. Argenti uero nonages bis octoginta quinq;  
 genti in æ-millia pondo, id est, noningēties uicies centena millia  
 rario Ro. coroni id est, nonaginta duo milliones. Aut alia supputa-  
 tione apud eundem Budæum longe inferiore, uidelicet,  
 ducenties uicies septies cētēna millia, id est, uiginti duo  
 milliones & septingenta centena millia. Quam sum-  
 man uniuersam simul hodie uix uniuersa Europa ha-  
 bet. Atq; idem Pompeius post subiugatas illas Ponticas  
 Tigranis Asie minoris opulentiss. & nobiliss. ditiones, cum Ti-  
 Regis mul grane Armenia Rege prælio congressus est: qui uictus  
 es. & ante ipsum posito diadematæ Regio, in genua prouo-  
 lutus

## NVNC V PATORIA.

15

latus, suppliciter culpā deprecans, soluit impositā mul  
etā auris sex talentorū millia, id est, sexties & trigesies,

centena coron. millia, hoc est, tres mill. et sexēta millia. Cato quā  
Sic Cato, denuo & confiscato Ptolomeo Cyperi Re- tum ex Cy  
ge extulit ex nobilis. illa & auri opulentis insula, quae pro auri  
hodie Turcarū imperatori tributaria, Venetorū patet in aerariū  
dominio, in aerarium Ro. septem talentū millia, id est, Ro. extule  
bis & quadragies centena millia coronatorum, id est, rit.  
quatuor millones & ducenta millia.

Et sub Vespasiano Cæs. qui Princeps fuit omnium Aerarium  
liberalis. tum in oēs benemeritos, tum præsertim in Ro. sub  
studiosos & disciplinarū professores: in Senat. & Con Vespasia =  
sules: tradūt in aerario fuisse quadragies mill. sestertiū no Cæs.  
id est, millies cētēna mill. coron. quod est, cētēna millions. Tyberij  
Item Tiberius Cæsar, Princeps unus sordidis. exactio- Cæs. auas  
nib. & vexationib. uicies septies millies sestertiū coē- rī. immē  
gisse dicitur, id est, sexagies septies millies mille & quin sa auri uis  
gentia millia coron. quod est sexaginta septem millions  
cum dimidio. Quam sumnam immensam Caius Cæsar,  
eius successor, citius quam anno spacio totē prodegit, Caij Cæs.  
ut uerē prouerbium hic locum inuenierit, Tenax requi- prodigali-  
rit prodigum. Hic Caius fertur sēpe super immensos tas.  
auri acernos patentissime diffusos, nudis pedib. spacia-  
tus esse, totoc; corpore uolutatus.

Et Nerone Cæs. Tacitus memorat post extrectā immē  
sis impensis domū aureā, bis & uicies millies sestertiū Neronis  
donationib. effudisse id est, qngenties & qnquagies cē- Prodigali-  
tena mill. coro. id est, 55. mill. cū dimidio. Et lusisse aleā tas.  
in singula puncta denis aureū millib. Et discedenti urbe  
Tiridati Regi donasse sup sestert. millies id est, supra  
uicies qnges cētēna mill. coro. itē nullā uestē bis iduisse.



**E**t mulas argenteis soleis calceasse tradit

Sic quoq; Caligulā Cæs. Tranquillus tradit uicies septem millies sestertiū prodegisse, id est, sexcenties septuagies quinques centena millia coronatorum, id est, galitas. Sexaginta septem milliones cum dimidio.

**V**itellij Et Vitellium Cæs. memorant sestertijs centies uno die Cæs. et Caesareus, id est, ducentis quingentis millib. coron. quanti ligule coepti. Caligulam quoq; tradunt.

Iam Lentuli Auguris et Senatoris Ro. quantum fuerat. Lentuli di re diuitiae. Scribunt siquidem eius bona taxata fuisse in quater millies sestertiū, id est, in centies centena milia coron. hoc est, decē milliones. Quis hodie magnus Princeps est, qui tantum possideat?

**M. Crass.** Et M. Crass Senatoris Ro. diuitias ex annuis redditibus, quinques centenorum millium coron. nostri numeri similatis fuisse memorant. Quantum uix hodie magnus quisquis et amplius Princeps ex annuis capit redditibus.

Sed et Lucullus Ro. tantas diuitias bello acquisivit ut eas nec operib. sumptuosiss. ex tructis, nec quotidiano luxu adterere posset, solitusque sit cum magnificè canare uellet in Appolline (qui locus magnifica cœnacionis erat) non minus quam quinquaginta millib. drachmarum, id est, sicuti Eudeus supputat, quinq; milib. coron. et ducentis sestertijs quæ tantundem constituant.

**Lolliae or-** Sed et Lolliae Paulinae ornatus seu mundus estimatus natus. est quadringenties sestertiū, id est, decies centenis milib. coron. eratq; fere totus ex gemmis.

**Cleopatrae Regine** Et Cleopatra Aegypti Regina, apud quam Antonius delibutus desederat, una cœnacientes sestertiū absump- fit, id est, ducenties centena et quinquaginta millia corona, id est, uiginti milliones et quinquaginta millia.

Sed

Sed quid de Virgilij Poëta diuitijs dicemus? fuit P. Virgilij  
 Virgilius Maro Poëta omnium qui unquam fuere unus Poëta di-  
 fortunatis opulentis. q. Possedit se siquidem cum me= uitiae.  
 morant ex Principium, amicorum liberalitatib. in bonis  
 ad nostræ pecuniax ualorem æstimatis, bis centena quin  
 quaginta millia coro, nec tamen exulum aut proscripto  
 rum confiscata bona, que illi ab Augusto offcreban-  
 tur, unquam ulla suscipere uoluit, unde multò factus  
 fuissest opulentior: que res maximam eius animi integri  
 tatem arguit: quam ne quidem in multis Christianis in-  
 uenire est, qui non tantum obuijs, ut aiunt, ulnis huius  
 modi oblata sibi miserorum & damnatorum bona susci-  
 piunt, sed magnis desiderijs & solicitationibus ambi-  
 unt & expetunt.

Quinquam & Laberius Poëta non infima fortuna  
 fuerit, ut qui ab Augusto Cæs. censu equestri donatus Laberius  
 sit, id est, de cent milib. coronatorum in singulos annos, Poëta cen-  
 factusq; eques Romanus. Sic & Horatius in lautissima sue equestri  
 fortuna ex Principium munificentia fuit. Hodie cum donatus.  
 nullus sit Poëtarum bonus, nulla apud Principes æsti-  
 matio, magna non tantum rerum inopia premente sed Nostri tem-  
 mendicitate etiam angustiantur, Morones & tibicines poris poë-  
 dona magnifica ferunt: Poëta uix siipem accipiunt: isti tas in ullo  
 luxu abundant: hi in ædia presi fortiter esuriunt. In honore  
 ludos & aleam stultasq; alias uanitates, nil piget sape esse.  
 maximas profundere summas: in studiosos & eruditos,  
 si duos, aut sex quis aureos eroget, magnum quid esse  
 putat. Et multi Medici Romæ annua mercede à Princi-  
 pib. habitu sunt senis coronatorum millib. ducentenis Medicorū  
 & quinquagenis. omnium sa-  
 larium.

Sed finem tandem prisci temporis diuitias commemo-

## EPISTOLA.

rando faciaumis. Diligēter omnia satis hæc Portius per sequitur, & post eum Budæus in asse suo, simulq; & pō derum atq; mensurarum ex antiquis rationem explicat & priscorum temporum in his ritus ac consuetudines uterq; aperit. Quas tu res, ampliss. Princeps, ob uetus statem pariter et utilitatem necessariam, diligenter per spice ac cognosce: & quantum pecuniarum ratio in bellis conficiendis, & Regnis, Imperijs q; gubernandis & conseruandis, momenti habeat, hinc studiose perpende, ac aestima. Non enim minimum refert, huius rei tam necessarie & utilis, adtentam & exactam ubiq; & semper, magnum, & sibi, suisq; subditis commodum Principem, habere rationem. Patentissimus siquidem, & in plurimis non modo utilis, sed per necessarius

etiam eius usus extat: nostramq; simul  
in his exhibendis, & nouo modo ad

clarioriem lucem per Aphoria  
smos digerendis,

operam  
atq; industriam  
boni, æquiq; consule.

Auguste Rheticæ ex

Cancellaria

Cæf.

tertio Idus

Ianuarias Anno

1551.

(. . .)



LEONAR=

DI DE PORTISIVRIS

CONSULTI VICENTINI DE

sestertio, pecunij, ponderi-

bus & mensuris anti-

quis, liber I.



Ommercia rerū permu-  
tādo cuique superflua &  
necessaria cōpisſe ratio  
subest, & certissimi auto-  
res prodidere, postea emptiones &  
venditiones ex vſu & cōmodo re-  
pertas, quum metalla in hominum  
cognitionē deuenissent, quibus di-  
uersa postea pretia imposita sunt,  
prout quæq; speciosa cōmoda, aut  
rara credita, aurum uero cur alijs  
pretio & dignitate præstet, non ex  
his tantū processisse, sed ratione na-  
turali, & ex arcanis Philosophiæ  
des-

deprompta plerique crediderunt ,  
quippe cū natura , cu*nihil* perire  
potest , in continua tamen suarum  
partium transmutatione uersetur ,  
eas merito præstantiores , quæ hu-  
iusmodi transmutationi minus ob-  
noxie reperirentur , homines existi-  
marunt , ut magis defecatas & pro-  
pius ad naturam principiorum ac-  
cedentes , quæ sane incorruptibilia  
sunt , & sua puritate ab omni iniuria  
conuersionis præseruantur . Cum  
igitur aurū , cui nihil igne deperit ,  
nec situ , nec flammis corrumpatur ,  
nec in aliam speciem , quo minus na-  
turam suā retineat , transmutari po-  
sit , non facilitate , pondere , colore ,  
quibus multis cedit , sed ut perfectū  
naturæ opus , nedum alijs metallis ,  
sed omnibus illius partibus digni-  
tate præstantius , & pretiosum ma-

B ij gis

gis non immerito iudicarunt, qui-  
busdam paucis exceptis, ut carbū-  
culis, adamātibus, & alijs non per-  
multis, eadem fortasse ratione, uel  
solo luxu & hominum libidine cō-  
mendatis. Cum metalla igitur ad  
commercia vetere illo permutāda-  
rum mercium vſu commodiora in  
vſu esse cepiſſent, una cū his statim  
cupiditates, & earum comites frau-  
des, & auaritia, & cūcta scelera pro-  
diere. Quæ bona omnia, & cōmo-  
da bonis initijs reperta, ad malos  
semper exitus, & hominum perni-  
ciem conuerterunt. Hinc Prome-  
thei fabulam originē cepiſſe reor,  
quem furatum ignem Ioui. s. rerū  
cognitionem & prudentiam ecce-  
lo traxisse, cū in maliciā conuersam  
animaduerteret, poenituisse illum  
credi par est, & aquilam eius iecur,  
cupi-

cupiditatis sedem & causam, inces-  
santer rosisse, nō sine occulto & vti-  
li mysterio fixit antiquitas, quo  
poenitentiam & poenam obiter sig-  
nificaret eius, qui mortale genus  
sua illa felici & beata simplicitate  
priusasset. Hinc illa iniqua & vulga-  
ta metallorū insectatio, veluti ma-  
lorum omniū causam preſtiterint,  
cum iure ac merito nerui terræ, &  
præcipuum naturę opus appellari  
possint. Prius enim ex ijs vtilitates,  
postea cōmercia reperta sunt. Quę  
n. exerceri ars: quid utile: qd pul-  
chrum fieri sine ferro potest: si ad  
cædes, & vrbiū expugnationes,  
& ad omnia mala homines postea  
conuertere, quid est quod ferro im-  
putetur: Aeris, argenti, auri, & ali-  
orum metallorū commoda ad me-  
dicinam, & alios necessarios vſus,

B      jjii      lon-

longū esset referre , si ex cupiditate  
tanti boni orta est auaritia , & inde  
omnia mala , cur metalla insecta=  
murs sed illis omisis , non ne com=  
mercia & hominum conuentus his  
præcipue constant : non ne mutuo  
vſu & consuetudine disciplinæ &  
artes inuentæ : ex quibus prudētia,  
iustitia , pietas , & reliquæ virtutes  
originem traxere , non ne ciuitati=  
bus & oppidis fabricandi occasi=  
onem præstitere : profecto quod  
intelligent , quod cognoscāt , quod  
a feris distent , & deniqꝫ quicquid  
boni habeant mortales , pro maiori  
parte metallis acceptum ferre pos=  
sunt , quod non solū ratione , sed etiā  
exemplo iā domestico demonstra=  
ri potest . Quanto minus a feris su=  
is , elephantis , simijs , & alijs huius=  
modi paulo mitioribus , quā a no=  
bis

bis differunt homines illi in extre-  
mis mudi partibus ab Hispanis nu-  
per inuentis cur cum eandem facie  
& membra habeant, non eosdē sen-  
sus & iudicia. Non has differentias  
natura fecit, cui satis fuit hominum  
genus ad percipiendas disciplinas  
idoneum magis quā cetera anima-  
lia procreare, ipsi homines mutuo  
usu se inuicem docentes, quod quis-  
que sciret, prudētiores effecti sunt,  
fient aliquando illi, & postea mali,  
ut nos, & eorum malicia, non com-  
mercia metallis contracta, erunt in  
causa. Quibus sublati omnes qui-  
dem artes, mores, disciplinæ, & cū-  
cta bona una deficerēt, et citius nos  
illis hominibus pene feris similes,  
quā nobis illi efficerentur. Sed lon-  
gius fortasse quā decuit, euagatus  
sum, ut diluerem immeritam calū-  
niam

calumniam præcipui boni. Ad proposita nunc accedā. Rudibus metalis primo teretibus ut virgulis, vel in latitudinē diffusis, postea ad reprimendas adulterantium fraudes signatis, in commercijs usos fuisse mortales satis cōstat, quibus diuersis imaginibus impressis, hominū, & animalium, ut sagittarij, noctue, & aliarū rerū, diuersa noīa impo-  
Nummo-  
rum nomi-  
na.sita sunt, ut Darici, Philippei a regi-  
bus, a pōdere, numero, & rebus im-  
pressis, græcis drachmæ, Tetricini  
oboli, minæ, Latinis Denarij, biga-  
ti, quadrigati, seftertia, & generali  
uocabulo nummi, seu pecunia ap-  
pellati sunt. Quorum nomina, &  
pretia, adeo iam uoluentibns secu-  
lis in desuetudinem abierāt, ut pau-  
ci quid denarij, minæ, talenta, pau-  
cissimi quid seftertia, uel forte nulli

Nummus.

(ab-

(absit uerbo inuidia) nostro æuo intelligerent, ita ut scirent pecunijs nostri temporis cōferre. Quapropter quum stipendia militum, redditus, & thesauros populorum, & regum tributa gentibus imposita, cōditiones foederum, priuatorum dīuitias, impensas ædificiorum, denique pretiā rerum apud antiquos autores posita, unde multa in exemplum & ad nostram institutionem trahi possunt, cognosci maxime operæ pretium arbitrarer, quid in hac merita confusa & difficiili inuenierim, utilitate rei, & multorum stimulis impulsus, qualicunque stylo tradere cōstitui, cum in huiusmodi rerum cognitione non styli gloria, sed inuenti utilitas censi soleat, eoque magis in hoc, quia in discutiendis his, nedū pecunias sed pon

pondera antiqua obiter quoque ex<sup>a</sup>  
cutere , & nostris conferre necesse  
fuit. Quibus liquorum & seminū  
mensurę facillima disquisitione eli  
ci & cognosci poterunt, quod maxi  
me legentibus utile & iocundū fo  
re putauit. His paucis præmissis ,  
quæ professus sum, aggrediar.

Talētorū  
genera.

Pōderum  
nomina

Iuersi ponderis & nominis fu  
isse Talenta apud antiquos fa  
tis cōstat, Aegyptiū, Phœniciū, Ba  
byloniū, & alia, quorū ratio prēter  
misi, quod ad ea que dicturus sum,  
nō multū conferre existimauit. Sed  
duo pr̄cipue in usu fuisse, uidelicet  
maius, Euboicū appellatū, quod in  
se habuit mnas, quas Latini minas  
dixerat octoginta, & Atticum quod  
sexaginta. Mina in se habuit drach  
mas cētū. Drachma scrupulos tres,  
Scrupulus obulos duos . Obulus

sili-

siliquas tres, Libra Romania, quā Libra Rō:  
eandem fuisse, qua nos utimur ne= <sup>quot uncī</sup>  
dum coniectura, sed uera computa  
tione puto me reperisse, uncias in  
se habuit duodecī, uncia drachmas  
octo, & sic libra drachmas nona=  
ginta sex, Vncię & Drachmę in nu= <sup>Vncia</sup>  
mero nostrae & antiquę libręe con= <sup>quot dra-</sup>  
ueniunt, quia totidem nostrā librā  
constituent, Drachmas uero, & un=  
cias antiquas nostris conuenire du=  
plici argumento, & utroq; proba=  
bili, & quasi demonstratiuo puto de=  
prehendisse, cum apud antiquos, et  
nostro quo drachmam esse octauā <sup>Drachmę</sup>  
partem uncię constet, & denarij an <sup>quid</sup>  
tiqui, quos frequentiores pondere  
drachmę fuisse inferius apparebit,  
nūc diuersissimis in regionibus re=  
perti octo nostram (sicut & antiquā  
unciam) & nonaginta sex librāim=  
pleant

pleant. Præterea sicut uncia nostri  
 tēporis charactos cxliij. continet,  
<sup>u</sup>ncia quopōdere fere minimo monetarij  
 quot fili- & artifices nūc utunt̄ Drachma ue  
 quarum. ro, quæ est octaua pars uncie, cha  
 ractos xvij. ita antiquam unciam,  
 & drachmam totidem siliquas, ex  
 cōputatione præmissa appareat ha  
 buisse. Siliquas uero antiquas no  
 stris charactis cōuenire & nomine,  
 & effectu omnibus qui experiri cu  
 rabunt, constare poterit. Quia pro  
 siliqua semina illius pomi, siue fru  
 ctus quē Gr̄eci Ceratiū, nostri uul  
<sup>re p̄t̄ioꝝ</sup>  
<sup>qua. fili-</sup> go nūc charobā appellant, accipie  
<sup>qua.</sup> bāt, et inde Gr̄eco corrupto uocabu  
 Characti lo pro siliquis characti nomē in u  
 pondus. su esse cōepisse librando deprehen  
 di, quia eiusdem sunt ponderis, si se  
 mina pleniora, & matura, & non  
 flaccida, & exhausta elegantur. Sed  
 Roma

Romani in mentione pecuniæ, &  
maxime Sestertij, ut inferius demō  
strabitur, Mina s. pondo inferius  
declarando, & non sua libra com-  
muni usi sunt, ut in numero rotun-  
do, uidelicet drachmarum cētum,  
talento & sestertio conueniret. Li-  
bra Attica in se habuit drachmas tica quot  
lxxv. que postea in pondere aliarū drachmae  
rerum in suo statu perseuerauit, in rum.  
pecunijs uero, ut sine detrimēto cre-  
ditorum debitores subleuarentur,  
ex decreto Solonis in centum dra-  
chmas excreuit, & Mina appellata  
fuit, ut Plutarchus in eius uita. Hęc  
quæ de Talento, Mina, & alijs pon-  
deribus superius dixi, si quis exqui-  
rere uoluerit, præter ea, quæ spar-  
sim apud autores reperiuntur, or-  
dine omnia in Tractatu Metri-  
co de Ponderibus in volumine  
Prisci

Prisciani inserto uideri possunt. Pō  
dera antiqua nostris conferre me-  
us labor fuit, quæ ad declaracionē  
sestertiū, ut necessaria premisi. Athe-  
nienses aliquando non solum diui-  
tijs, celebritate, potentia, sed etiā bo-  
nis artibus, disciplinis, moribus, in-  
stitutis, & maxime politia, & elegā-  
tia floruere, quos Romani potentia-  
am adepti cognoscentes ceteris pre-  
stare gentibus, in multis imitati-  
sunt, diuersi ponderis, ut & aliegen-  
tes argenteum nummū signauerūt,  
& drachmas, & tetricinos a ponde-  
*Drachmae*  
*rus Athē.* re cognominatos: sed in præcipuo  
usu habuerūt nummos pondere, &  
nomine drachmæ, & alios diuersi  
pōderis effigie noctue signatos, qui  
adhuc frequentiores in ruīnis, & a-  
pud autores maxime Gr̄cos in mē-  
tione pecunie reperiuntur, & in pre-  
dicto

allegato tractatu fit mentio, & Plutarchus de signatis effigie noctuę in uita Lysandri, & alibi de drachmis attestatur.

**R**omanī rudi ære primum, sed Aes quan-  
post Seruum Tulliū regem doprimum si Ro. signa-  
gnato usi sunt, ut asses qui primū li= tum  
brales teste Plinio, loco inferius ad Asses libra  
ducendo, & Gellio li. xx. ca. i. urgē les et una-  
te bello unciales cū nota Iani bifrō  
tis, & rostri nauis, & alijs effigie pe= Pecunia  
cudū, unde pecuniæ dictæ, signati unde.  
fuerunt, cuius notę & ponderis an-  
tiquissimos uidi, & appendi. Argē Argentū  
to signato uti cœpisse Romanos qn quando  
que annis ante bellum Punicum at primum Ro. signa-  
testatur Plinius li. xxxiiij. ca. iiij. &  
quia nummus argēteus pro decem  
libris eris permutabatur, denarius Denarius  
appellatus est, pro quiuis qnarius, unde. Quina-  
sestertius pro duab. libris & semis= rius. Sestertius.

C

se.

## 54 LEON. PORTII DE LLS.

se. Sed quum postea asses unciales fieri cœperunt , placuit denarium pro assibus xvi. sestertium pro qua tuor permutari , & sic semper sester ius fuit quarta pars denarij , quem tamen ( ut nomen significat ) in stipendijs , & apud autores in mentione pecuniæ semper pro decem assibus receptum fuisse Plinius loco superius adducto testatur , & Plutarchus in uita Camilli , quum scribit ei poenam indictam apopulo XV. M. assium , delcarat eam summam M.D. drachmas conficere. Liuius eodem loco xv. mill. grauis eris fuisse damnatum , & Liuius in actis Seruij Tullij regis in mentione census scribit primam classem ex ijs , qui centum millia æris , uel supra , census haberent : secundam ex ijs , qui a lxxv. millibus usq; ad centū millia

clasis.

millia, Dionysius Halicarnaseus e-  
odem loco scribit primam classem  
fuisse ex ijs, qui centum minas, uel  
supra, haberent in censu: secundā  
a decē drachmarum milibus, quæ  
summa eadem est usq; ad lxxv. mi-  
nas. Item Liuius lib. vi. primæ de-  
cadis scribit Camillo dictatori per  
Tribunos plebis quingentorū mi-  
lium æris multam indictam, si qd  
pro dictatore egisset. Plutarchus e-  
adem scribens quinque myriadum  
drachmarum argenti poenam indi-  
ctam, quæ summa quinquaginta mi-  
lia denariorum significat, quæ deci-  
es multiplicata quingenta milia æ-  
ris efficiet, & ex his, & reliquis, que  
sequuntur apparent, cū apud autores pe-  
na uel premiū grauis æris reperi-  
t, semp intelligi debere de assib. qui  
x. singulos denarios rep̄sentabāt, et

C ij dena

denarios pondere drachmæ in fre-  
quētiori usu fuisse, quos ut asses, ua-  
riante tempore mores vario pōde-  
re signatos, & tandem ad imitatio-  
nem Atticorū in drachma re sedisse opis-

*Denarij  
Ro. pōdus*

nor. Denarium Romanū, siue nū-  
mum argenteum reperio aliquādo  
fuisse pōdere drachmę adiecta par-  
tetertia, & sic scrupulorum quatu-

*Drachma  
3. scrupuli*  
or. Tres enim scrupuli faciūt dra-  
chmā, et iste denarius ad computa-

*Talentum  
magnum.*  
tionē Talēti magni cōuenit, quod  
erat minarum lxxx. & librarū Ro-  
manarum lxxxiiij. & vnciarum iiij.

& sic eodem modo sex millia hu-  
iuscemodi denariorum, qui scrupu-  
la continent quatuor, faciunt talen-  
tum maius, quo eorum qui drach-

*Talentum  
minus.*  
mæ sint pondere talentum minus,  
quod erat minarū lx. & lxxij. huius  
modi denariorū signabantur ex li-  
bra

bra argēti: et de hoc denario quatuor scrupulorū intelligit Liuius lib.  
 iij. decadis quartæ prope finē, quū dicit signati argenti lxxxiiij. M. fue  
 re Atticorum tetracinorū, triū fer-  
 me denariorum in singulis est pon-  
 dus, cū Tetracini dicantur a quatu-  
 or drachmis, & sic scrupulorū duo  
 decim, & cū singuli tetracini essent Tetracini.  
 ponderis trium denariorum, appa-  
 ret denarios aliquando fuisse pon-  
 deris quatuor scrupulorum scilicet  
 drachmæ addito scrupulo, aliū fu-  
 isse & frequentiore, ex quibus mul-  
 ti antiquissimi adhuc reperiuntur,  
 ponderis parū ultra drachmā, adeo  
 quod in qualibet uncia drachma  
 comminueretur, & sic ex vncia de-  
 narū septem. Et de hoc credo intel-  
 lexisse Pliniū lib. xxi. cap. ultimo  
 quū scribit, Drachma Attica fere Drachma  
Attica.

C iij dena=

denarij argentei habet pondus, sed  
ita expresse ponit Cornelius Celsus  
l. iiij. ca. xij. de ratione ponderum,  
quum dicit in uncia pondus denari  
orū septem, & huic cōputationi con  
uenit autoritas Plinij, quē Hermo  
laus uitiatum credidit lib. xxxiiij. ca.  
viij. in fine, quum dicit, iustum esse  
ex libra argēti lxxxiiij. denarios si  
gnari: quem locum ut uitiatū Her  
molaus correxit, & tamen si recte  
computetur quod in uncia sit pon  
dus denariorum septem, ex duode  
cim uncījs, & sic ex libra potuerunt  
signari lxxxiiij. denarij. Denique  
crescēte auaricia ad imitationē Gre  
corū pondere drachm ē denarij sig  
nari cōperūt, & ī frequentiores a  
pud autores, & in ruinis, & in the  
sauris passim reperiuntur, et talēto,  
et mine, et se stertio magiscōueniūt.

Ex

Ex quibus plurimos antiquissimos,  
 & diuersis notis signatos, diuersissi  
 misq[ue] in regionib[us] repertos uidi, &  
 appenos omnes responderi drachme  
 conuenire deprehēdi, quod maximā  
 fecisse conieeturam Romanæ iusti  
 tiæ regi Taprobanes Plin. attestat<sup>Taproba</sup>  
 li. vi. ca. xxij. quum in captiuâ pecu<sup>næ rex un</sup>  
 nia denarios pari pondere, et diuer<sup>de cōiectu</sup>  
 sarum imaginū reperisset, & si ma<sup>ram fecerit</sup>  
 gnitudines, & non imagines in lib.  
 impressis corrupte legatur, tamen Locus Pli.  
 in antiquissimo manu scripto ima<sup>nij.</sup>  
 gines, & non magnitudines legi, et  
 recte, & hos fuisse propriedenari  
 os, vel magis communes attestatur  
 Líuius libro quarto decadis quar  
 tæ. Ulta qd' huius ponderis frequē  
 tiores adhuc repiunt, et inferius auto  
 ritate aliorū cōprobabit, quū scri  
 bit Achæos a Flaminio admonitos,

C iiiij redē

redemisse seruos Itali generis per  
 totam Achaiam , eamq; redempti-  
 onē centum talētis stetisse Achēis ,  
 quum quingentos denarios pretiū  
 quod redderetur dominis pro sin-  
 gulis seruis statuissent , mille enim  
 & ducētos ea ratione Achaia habu-  
 it . Quod si recte computetur , cōsta-  
 bit talentum lx. minarū , & sic Atti-  
 cum sex millia denariorū contine-  
 re . Idē Liuius si cū Plutarcho confe-  
 ratur , comprobabit denarios , &  
 drachmas eiusdem estimationis fu-  
 esse , cum alter ipsorum drachmas ,  
 alter totidem bigatos Badio Nola-  
 no a Marcello donatos referant , &  
 Appianus lib. iij. scribit Octauium  
 quingentas drachmas ueteranis ,  
 quos ex municipijs collegerat , pro-  
 misisse . Cicero idem exprimens to-  
 tidē denarios dedisse scribit in epi-  
 stola

Denarius  
 & dra-  
 chma idem

stola sexta li. xvi. ad Atticum, & in  
alia ad Quintum fratrem, & in alijs  
locis clare constat. Idem Plinius si-  
recte, & non depravate legatur, at-  
testatur lib. xij. cap. xv. quum expri-  
mit tertiam partem minæ denario  
rum xxxiiij. habere pondus (ut in co-  
dice manuscripto legitur) quamuis  
xxxviiij. corrupte legat in impres-  
sis. Ex tribus his generibus denari-  
orum primum in aliud nomen trā-  
sisse, uel in desuetudniem abiisse re-  
or: Ex duob. sequentib. aut utrūq;  
in tertio mutatum, aut retenta æsti-  
matione pondus imminutū, et in to-  
tum drachmę adēquatum, uttaien-  
to et festertio examissim conueni-  
ret. Etsi aliqui maioris, aut minoris  
pōderis nūmi atque argēte i reperi-  
unt, nō denarij, sed extraordinarij  
existimandi sunt, nt etiā nostro quo-

C v si

42 LEON. PORTII DE LLS.  
signariscimus.

**D**E Sestertio multum inter do-  
ctos hesitatū, pauci noēn, nul-  
li( q̄ sciā ) adhuc significationē in-  
telleixerūt. Et Hermolaus nostrę ex-  
tatis lītature solertiſ. idagator, pro  
incōperto ſibi, uel alijſ aliquādo diſ-  
cutiendū reliquit. qd' tandem illi, &  
multis alijſ doctiſ. uiris, qui hoc i-  
gnorarūt, doctrina & ingenio lōge  
**Sestertium duplex.** impar excuſſi, & duplex eſſe Sester-  
tiū obſeruaui, maius, & minus, qd'  
inter ſedifferāt, declarabit. Sed qua  
alterū ab altero uel nota, uel adiecti-  
one apud autores dignoſcaē, nō dū  
mihi plene ſatisfacio, qd' codices Sy-  
nonimo corrupti non bene poſſunt  
obſeruari, cū eodē nomine, & uoca-  
bulo res diuersiſſima existimatioē  
reperiatur, quo nunc legētes, & for-  
te olim ſcribentes hallucinatiſunt.

Sed

Sed cum sestertium neutro, & uiri-  
li genere, & cum adiectione num-  
mi, et sine, apud autores iuenerim,  
ualde opinor (si libri essent synceri)  
hac differētia dignosci posse, quod  
uirili genere, et cū adiectiōe nūni  
de minore, & sic æris, qui (ut infra  
declarabitur) erat quarta pars dena-  
rij, ut sestertiūs nummus, neutro au-  
